



**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm Novembbris Et Decembris

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1576-**

**VD16 S 10263**

Vita S. Maximi Episcopi Moguntini.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

tum intercessit. Nam ille quidem erat sensibilis, hic autem spiritualis, & ipsos caelos aperte rans ei, qui tunc eam vocem ediderat.

Pro his omnibus gratulemur martyri, glorificemus Deum, qui haec facit miracula: imitemur conserui patientiam, gratias agamus Domino pro gratia: accipiamus ex ijs, quae dicta sunt, sufficientem consolationem in temptationibus: & Dei, qui nos fecit, potentiam & curam admirantes ac prouidentiam, omnia ex nobis affera-  
mus, & quae ex eo sunt, omnino consequentur. Seu homines, seu dæmones, seu ipse diabolus aduersus nos depugnet, nihil proficiat, qui nos oppugnat: modò ostendamus nostrum promptum animi studium, & quae a nobis afferri oportet, omnia afferamus. Sic enim & Dei attrahemus auxilium, & in vita futura magna  
fruemer gloria & salute. Quam detur nobis omnibus consequi gratia & benignita-  
tis Domini nostri Iesu Christi: cum quo patri simul cum sancto spiritu gloria, ho-  
nor, potentia in secula seculorum, Amen.

## VITA SANCTI MAXIMI EPISCOPI MOGVN.

TINI, IVSSV REVERENDISSIMI ET ILLVSTRIS-

smi Alberti Archiepiscopi Moguntini, a Iohanne Tritthemio, prius

Spanheimensi, tum vero ad S. Iacobum Vuirciburgensi

Abbate, conscripta. Nos eam in capita  
distinximus.

O tempore, quo Liberius Papa sub gratiâ persecutione Noueb. 12.  
Arrianorum sanctam Romanam gubernabat Ecclesi- Cap. 1.  
am, sanctus Lucius Anneus, patria Romanus, apud Mo-  
guntiam, nobilem Germaniae urbem, decimofaciatuus  
pontificatum annis tenuit ferè vndeclim. Quo feliciter  
vita defuncto, sanctus presbyter Maximus communis  
voto populi fidelis in Episcopatu succedens anno Do-  
minice nativitatis trecentesimo quinquagesimo quar-  
to, Indictione Romanorum duodecima, præfuit annis,  
vt Megenfridus refert in Chronicis, quatuor & viginti, Is Megenfridi  
sub Arrianorum persecutione grauissima, temporibus natus sub  
videlicet Theodomeri & Clodionis Regum Francorum: quo tempore Dagobertus Fulf-  
tus Genebaldi filius, Dux Francorum orientalium apud Vuirciburg, Reno trans- Imperator.  
misso, Moguntinos in odium Romanorum grauiter afflixit: urbem quoquè Tre-  
& 3. scri-  
uorum, quæ tunc parebat Romanis, obsedit, cepit, spoliavit, incendit, funditus- piti que hi-  
que subuerit. Annis quippè non gentis bellum cum Gallis atque Romanis Franci stiorum  
Reges habuere continuum, quo usq[ue] tandem viatores eorum effecti, penè totam liberos 24.  
Europam suo dominio violenter subdidierunt.

Sub his turbationibus Ecclesia, multa Christianorum millia propter Catholicæ Cap. 2.  
fidei confessionem, ab infidelibus & hereticis apud Moguntiam & in omnibus ter- Catholico-  
minis eius crudeliter fuerunt occisa: quorum apud mortales nulla penitus habe- rum multo-  
rur memoria propter malitiam temporum, & penuriam fidelium Scriptorum.  
Nusquam erant tuti, nusquam satis in urbibus & oppidis securi: quandò & gladius  
vbique saeviebat gentilium, & non minus perfidia inualuit hereticorum. Nam etsi  
pacem habere videtur Ecclesia ab his, qui Romanis principibus fuerunt subiec-  
ti, vt abnegare Christum iam tunc nemo compelleretur: Arrianorum tamen in- Arrianoru-  
tanum illo tempore vesania prævaluit, vt nihil aut parum à persecutione genti- fuitia.  
um differret. Denique Franci tam orientales, quam illi, qui ad ostia Rheni conse-  
derant, occidentales, Gotthicæ quoque nationes & alij pagani, frequentes in Gal-  
liam mortuus & incursus facientes, Moguntiam, Coloniam, Treuirim, Vuormati-  
am, Spiram, Argentinam, & alias trans Rhenum urbes nimia crudelitate sapientis  
moletabant, nulli parcentes gradui, sexu vel etati. Quapropter pontifices, & mi-  
nistrorum Domini sacerdotes, in quos furor persecutum crudelius saeviebat, in ur-  
bibus & vicis publicè non audentes comparere, quoties persecutio imminebat,  
cum suis ad nemora successerunt, in speluncis & cavae montium latitantes, in-

TRIUS

RVIII.

S

edia, fame ac siti vtrà, quām credi potest, afflitti, longum pro fide martyrum sustinebant.

## Cap. 5.

S. Maximus multa ab Arrianis patitur.

Ea tempora beatissimus præsul Maximus incidit, quibus nisi optimus nemo fuit Christianus. Probavit persecutio fidem, & contulit in passione amor Dei constantiam. Beatus vero pontifex, ut Megenfridus est author in Chronicis, ab Arrianis hæreticis multas & atrocissimas infidias & persecutioes pro fide orthodoxa sustinuit, & septies de sua pulsus Ecclesia, trufusque in exilium, toties miserante Deo reuersus est. Nam cum esset vir in diuinis scripturis longè doctissimus, & seculari literatura non ignarus, malleo similis, durus redargutor Arrianorum exitit: contra quorum vesaniam non solum verbis, sed etiam scriptis multipliciter pugnauit.

Scripta eius S. Maximus multa ab Arrianis patitur.

Scriptis enim, iam dicto Megenfrido testante, Contra Arrianos libros quatuor, De Incarnatione Domini libros duos, De Spiritu sancto libros duos, De constantia fidei Catholicae librum vnum, De martyrio Sanctorum librum vnum, Homiliae & sermones multos & utiles ad populum. Alia quoquè nonnulla scripsisse dicitur, quæ ad notitiam nostræ lectionis peruenire minimè potuerunt. Ciuitas enim Moguntina post mortem eius tertio, sicut diximus, euerfa & funditus destruta fuit. Primo scilicet per Francos, secundo per Vuandalos, & tertio sub Attila per Hunnos: qui & sanctum Aureum pontificem cum Iustina forore & multis alijs in ecclesia peremerunt. Hactenus Moguntinæ ciuitatis destruptione, haud solum milia Christianorum millia fuerunt occisa, sed etiam nomina corundem simul & mundus cum loco & tempore passionis, ad posteritatis memoriam nequaquam permanere potuerunt, eò quod scriptoribus nec opportunitas scribendi fuit, nec locus vel tempus. Vnde mirandum non est, si & diui Præsulis Maximi lucubrationes vel interierint ignibus cremata, vel alicubi situ lateante aut pulvere sepulta.

## Cap. 4.

Eadem est calamitate factum, quod præter sedecim numero, Ecclesia Moguntina suorum pontificum, qui sanctum Bonifacium Archiepiscopum & martyrem præcesserunt, neque nomina, neque ordinem, neque tempora viptam potuit invenire: cum non sit verisimile, in annis sexcentis quadraginta, non plures extitisse, quam sedecim: nisi quis contendat, oves Christi apud Moguntiam & sapientius & diutius, permittente Deo, pastoris necessario caruisse solatio. Quod si quis asserit, minimè probabit. Nos enim contrarium ex Megenfrido facilè poterimus comprobare: qui temporibus Othonum clares in humanis, cum esset omnium Germanorum diligentissimus compilator historiarum, quadraginta numero fuisse ante Bonifacium, in Ecclesia Moguntina pontifices commemorat: inter quos sanctum Maximum non, vt neoterici quidam fecerunt incerti authores, se primum, sed non undecimum extitisse præsulem asserit, beatoque Lucio successisse Anno, acannis, sicut dictum est, præfuisse quatuor & viginti. Neoterici autem innominati scriptores, Megenfridi Chronicorum notitiam non habentes, sedecim duntur at ante sanctum Bonifacium Ecclesia præfuisse Moguntinæ pontifices asserunt: inter quos Maximum in ordine seprimum locantes, beati Aurei martyris, sub Attila Hunnorum Rege passi, successorem immediatum extitisse contendunt. Sed hoc ratio temporis non admittit. Sanctus enim Lucius Anneus præsul octauus decimus, moritur anno Dominica nativitatis trecentesimo quinquagesimo quarto, Indictione Romanorum duodecima, temporibus Liberi Papæ: cui codemanno sanctus Maximus in pontificatu successit. Beatus vero Presul Aureus Moguntinus ab Attila passus est sextodecimo Calendas Iunij, anno Domini quadragecentesimo quinquagesimo quarto, Indictione Romanorum septima: cui non Maximus, ut illi putant, sed Eutropius in pontificatu successit temporibus sancti Leonis Papæ primi. Vides nunc, quod præcisè centum annorum tempus ab institutione Maximi ad pontificatum, usque ad passionem beati martyris Aurei intermediet, quod præter Megenfridum monachum nullus scriptorum Moguntinensium, quos ego legerim, animaduertit. Vnde mihi videtur, scriptores ipsos nomimum consonantia fuisse deceptos, qui pro Anneo, posuerunt Aureum, & Maximum successorem immediatum ipsius Aurei martyris opinati sunt: cuius non Aureus, sed Anneus fuit antecessor, vt ostendimus, centum ante annos.

## Cap. 5.

## Catalogus

## Episcoporum

## Mogunti-

## nenium.

Nam ita summam author inquit memoratus: Anno Dominica nativitatis octogesimo Crescens à Roma directus in Germaniam, primus Moguntinensem Episcopus ordinatus est, & præfuit annis duobus & viginti, vir magna sanctitatis, &

mar-

martyrio coronatus. Post quem Marinus annis sex: Crescentius aū praeftuit annis octodecim: Cyriacus annis quatuordecim: Hilarius vir sanctus & martyr, annis vi-ginti: Martinus annis quatuordecim: Celsus martyr, annis vigintiduobus: Lucius annis decem: Gorhardus vir sanctissima vita, annis quindecim: Suffronius vir sanctus, for. \* So-phorus annis octo: Herigerus martyr, annis quatuor: Rutherus martyr, annis viginti: Auitus vir doctus atq; sanctissimus, annis vigintiduobus: Ignatius martyr, annis tredecim: Dionysius vir sanctus, annis vigintifex: Ruthbertus, annis duodecim: Adelhardus vir sanctus, annis decem: Anneus Lucius, annis octodecim, vir Apostolicæ atq; sanctissime vita: Maximus (de quo o nobis est sermo) praeftuit annis vigintiquatuor: Sidonius, annis nouendecim: Sigismundus annis sex: Lupoldus vir sanctus, annis septendecim: Nicetus annis octo: Marianus annis decem: Aureus martyr, annis sedecim. Post quem sanctus Eutropius praeftuit annis vigintitribus. Post quem ordinatio visque ad sanctum Bonifacium exclusiæ, adhuc quatuordecim pontifices exierunt in Ecclesia Moguntina, quorum ista sunt nomina: Adelbertus, Radhe-rius, Adelbaldus, Laudfridus, Ruthardus, Sidonius secundus, Vuilibertus, Lude-gastus, Ruthelmus, Ruthualdus, Leoualdus, Richbertus, Geroldus & filius eius <sup>\*Luthual-</sup> Vuilebus laicus, per Carolum Martellum maiorem domus Francorū, ea ratione dus pontificauit Moguntino donatus, sicut & Milo filius sancti Luduini Archiepisco-pau Treuirorum, & alij multis alijs per Galliam, ut bello interessent cum illo con-tra Saxones, Francorum dominio rebelles. Verum non multo post Vuilebus lai-cus, ignarus diuinarum scripturarum, propter venationes & homicidium senten-tia Gregorii Papæ secundi fuit depositus, & sanctus Bonifacius monachus & pre-sbyter, anno Domini septingentesimo vicesimo, Indictione Romanorum tertia, in s. Bonifaci-<sup>us</sup> us preficitur Ecclesiæ primus & quadragesimus ordinatus: quem <sup>Ecclesiæ Mo-guntina.</sup>

Zacharias Papa Romanus postea in Archiepiscopum eiusdem Ecclesiæ sublimauit. Hæc ideo mihi premittenda necessariò videbantur, nè quis eorum, qui olim ista lecturi sunt, à Moguntinis schedulis discordantem me, aut mendacem existimare velit, aut sine authore certo ab aliorum opinione temerè discrepantem. Stulum nempe foret, Megenfridum certum, fixum & solidum præterire scrip-torem, & incertorum schedulas sequi recentium. Propterea iam nominati scriptroris decreuimus in hærcere vestigijs, & incertas neotericorum sententias præ-terire.

Maximus igitur beati Lucij Anni presbyter, & in ministerio verbi Dei socius, Cap. 6. natione Germanus, patria Moguntinus, & religione Christianus fuit. Cuius tem-poribus adhuc Romanis, sicuti & prius à multis retrò annis, Moguntiam, Treuirim, <sup>S. Maximus patria.</sup> Coloniam, Vuormatiam, Nemetim, quæ nunc dicitur Spira, cù magna parte Gal-lia suo sub dominio tenebant, licet à Francis Germanis, Teutonibus, Saxonibus, Bavaris que Turingis incursions multas & frequentes paterentur, nunc vieti, nunc autem viatores. Qui mox veterum nimis cupidi ampliare dominium, eas quas superauissent gentes, & moribus, & legibus, simul ac literis uti Romanis com-pellebant, quò potenteres ceteris esse videbantur. Vnde Germani, circa litora Rhei-ni commorantes, & Galli tandem vieti à Romanis, eorum & linguam suscepserunt, & modum scribendi, scholas instituerunt publicas per urbes, in quibus Romanorum exemplo, filii ciuium atque nobilium, literarum studijs imbuuerentur. Insuper quò rectoribus abundantius complacerent Romanis, prætermittentes nomina surgentis auita, natis suis vocabula & Græca imposuerunt, & Latina: quanquam id postea conuersi ad Christum fecerint multi non ob metum vel dilectionem Romanorum, sed pro reuerentia potius & amore sanctorum Apostolorum, ac Saluatoris Iesu Christi martyrum. Hoc dixerim, nè quis præfatos Ecclesiæ Moguntine pontifices, propterea naros vel Græcos existimet, vel Romanos, quod eos illorum nominibus quandoquæ inuenierit nuncupatos. Variantur hominum cum tempore mores, mutantur nomina, & studia mentium continua volubilitate se-culorum alterantur.

Beatus Maximus, testante Megenfrido, honestis & Christianis parentibus ortus, Cap. 7. in urbe Moguntina, more gentis adhuc puer studio deputatus est literarum: in quo S. Maximus multi pro-ficit in lite-ris.

cum tempore adeò profecit, quod sibi coetaneos penè omnes superauit. Erant in tempore illo plures cum Christianis mixti gentiles, & quemadmodum persecuti-one celsante nemo paganum cogebat fieri Christianum, ita nec quisquam impel-labat

TRIUS

9  
10  
11

RVIII

5

Iebat credente abnegare vel deserere Christū. Multi tamē inter Christianos surrexerūt hæretici: inter quos Arriani, principiū Romanorū fauore suffulti, multas intulerūt veris Christianis persecutions & molestias. Vnde cūm publicè nō semper licet metu hæreticorū, fideles quiq; filios suos in priuato fidē seruare constante orthodoxam vīsq; ad mortē docuerūt. Sic nimirūm & sanctus Maximus in his, qua pertinebat ad fidē & veram religionē, tēneris ab vnguiculis parentū & sacerdotum magisterio sufficierent instructus, in virum cum tēpore magnū creuit, atq; meritis & doctrina gloriosum.

**Omnia blā-  
da & dulcia  
huius mūdi**  
na miseratione praeuentis, non minūs, quam gratia semper comitatis, Deo fer-  
contemnitum obtulit, pro cuius amore cuncta huic mundi blanda & dulcia contemplit.

**Cap. 8.  
Officia Cle-  
ri.** Consuetudo fuit illo in tempore, valde necessaria clericis ac sacerdotibus, soli pulum non minūs exemplo bonæ actionis, quam sanctæ prædicationis verbo eu-  
dire, mundi honores, diuitias quoquæ & omnes voluptates moriturae carnis vil-  
pendere, & Christū opere & sermone super omnia veraciter amare. In quo vien-  
di genere beatus Maximus in clericatu suo perseveranter eniuit, & breui careri

perfectionis in se normam dedit: merito sanctitatis fuit admirabilis, & diuinorum scripturarum interpres & doct̄or insignis. Propter quod ordinatus a beato pontifice Adelhardo clericus, vitam per omnia duxit Apostolicam, multorumq; corda

verbo & exemplo in diebus suis ad Dominum conuertit. Adelhardo post h̄c u-  
defuncto, beatus Lucius Anneus in pontificatu succedēs, præfuit annis decem &  
octo, vir magnarū in Christo virtutū, cui sanctus ipse Maximus stabili semper cha-  
ritate adhæsit, & innumeris Arrianorū persecutions pro defensione Catholice-  
dei sustinuit, sed adiutorio Salvatoris nostri Iesu Christi feliciter vbiq; triūphauit.

Postremò tamen sancto Lucio Anneo pro fide orthodoxa in exilio apud Phry-  
giā strangulato cū duobus presbyteris Paulo & Crescentio, subordinatione & ini-  
dijs Arrianorū, beatissimus presbyter Maximus, quē pro confirmandis in recta fide  
populis apud Moguntiam ordinatione diuina reliquerat, fidelium omnium votο  
cōmuni præfui Ecclesia iam dicta nonus decimus constituitur, & præfuit in tribu-  
lationibus hæreticorum multis, quatuor fermē annis atq; viginti. Facta sunt haec, ut  
suprā diximus, anno Dominicæ nativitatis trecentesimo quinquagesimo quarto,  
decima die mensis Iulij, Indictione Romanorū duodecima. Ordinatus autem por-  
tifex in Ecclesia Moguntina beatissimus pater Maximus, per omnia se studuit exhibere Domino ministru irreprehēsibilem, paratus amore Dei pro salute fidelis po-  
puli non solū persecutiones sustinere & carceres, sed mortem quoquæ, & si quid  
morte esset crudelius, quod ei posset occurrere. Vitā in omni puritate ducens con-  
tinuauit Apostolicā, mundi rebus pauper & modicus, virtutibus diues, humiliat⁹  
profundus. Qui cūm esset vir tam in diuinis scripturis, quam in secularibus scientijs  
multū peritus atq; doctissimus, hoc summoperè curabat in primis, ut vita confa-  
non minūs ret cius doctrina cōformis, nē alijs bona prædicans, ipse reprobus efficeret. Co-  
faciens, quam pus prōinde suum iejunis, abstinentia multa, & vigilis penē continuus pro Christi  
verbis.

**Cap. 9.  
Lucius An-  
neus peri-  
mitur ab  
Arrianis.  
Maximus  
ei succedit.** Docet suos  
non minūs ret cius doctrina cōformis, nē alijs bona prædicans, ipse reprobus efficeret. Co-  
faciens, quam pus prōinde suum iejunis, abstinentia multa, & vigilis penē continuus pro Christi  
Saluatoris amore castigavit, sanctis orationibus, & prædicationi salutaris doctrina  
verbi Dei sine intermissione, quoties opportunè licebat, intentus.

Per vicos circumibat & vrbes, ut plurimum Apostolorum exemplo pedibusnu-  
dis, presbytero, diacono & subdiacono comitantibus, & cunctis per gyrum populis  
opportunè & importunè fidem Christi, quanta potuit sedulitatem, prædicauit. Fide,  
actione atque virtute maximus pontifex coram Deo & cunctis fidelibus extitit, qui  
nihil in hoc mundo aliud, quam Dei honorem & salutem proximi quaesiuit. Men-  
tis desiderio semper in Deum fuit eleuatus, quippe qui se huic mundo peregrinum  
& nouit, & exhibuit, & propterea nulla rerum temporalium cupidine vel occupa-  
tione detenus, vel implicatus fuit. O tērē beatum, quaterq; beatissimum pon-  
tifecem, cui Deus omnia solus extitit, qui mente simul & animo nihil aliud quam  
Dominum curauit, cuius etiam in amore semper occupatum se ostendit. Amator  
enim Christi cūm esset feruidus, omnia pro honore caduca contempsit authoris,  
nec vanis laxauit animum, qui sanctum in se Dei meruit suscipere commorantem  
patris & filii spiritum. Eleitus Dei pontifex, minister Christi sobrius, vir sanctitatem  
maximus, virtute nitens abintus, contempsit quicquid cernitur, amauit quod non  
tangitur, sed pura mente colitur. O decus tu pontificum, diuini cultor numinis, qui

**Innocentius  
S. Maximus**

fine

DE S. MAXIMO EPISCOPO MOGVNTINO.

451

fine mundi sordibus, Christo vixisti splendidus: Adesto mitis omnibus, te mente re-  
volentibus, nos soluens tuis precibus nostris à sceleribus. Non est eo tempore in-  
uenitus apud Germanos pontifex doctior sanctiorque præfule Maximo, qui tanta  
sub innocentia & eruditione scripturarum legem conferuaret excelsi: quoniam  
& hereticorum errores verbis & scriptis constantissimè redarguit, & fundatus su-  
pra firmam petram diuini amoris, nullas eorum persecutio[n]es formidauit. Septiès  
tempore sui pontificatus ab impijs Arrianis vrbe Mogūtina pulsus est, septiès quo-  
què diuina prouidentia restitutus, nunquam attadiatus mente, nunquam deiectus  
animo, nunquam vinctus aut superatus.

Sanctitas  
& crudelitas  
eius.

Septiès pel-  
litur à sede  
sua.

Nam cùm esset diuina miseratione præuentus & illustratus, vnum Deum con-  
substantialem & coeternum semper patrem & filium & spiritum sanctum asseruit,  
& sanctam indiuamque trinitatem personarum vnius incomprehensibilis &  
impartibilis Dei constanter vbiq[ue] predicauit. Pro huiusverò catholica ortho-  
doxaq[ue] fidei assertione tuëda nec mortem timuit, nec vincula, carcerem aut exi-  
lum subire formidauit. Docuit publicè, cùm licuit, populum: docuitque, si aliter  
non potuit, occulè gregem Domini, suo ministerio cōmissum: docuit verbis, do-  
cuit scriptis, patrem & filium & spiritum sanctum in trinitate personarum vnu esse  
Deum, in quo nec maius sit, nec minus, quemadmodùm neque prius, neque poste-  
rius. Enimvero nec pater maior est filio aut spiritu sancto, nec minor: sicuti neq[ue]  
prior, neq[ue] posterior: quoniam trinitati personarum Deitas vna conuenit, nec  
tamen tria personarum existentia unitatem confundit. Beatus ergò præfulus Maximus  
& apud omnem posteritatem fidelium sempiterna memoria iure veneradus:  
qui ipsi illustrante diuino, per fidem in vera humilitate sanctissima Trinitatis  
incomprehensibile mysterium commeruit fideliter suscipere, quod Arrius mente  
in superbia elatus & arrogantisimus, nulla potuit ratione penetrare. Obscuratum  
est insipiens cor omnium Arrianorum: qui, cùm essent stulti, superbi & nimium  
arrogantes, sapientissimos se omnium aestimabant.

Docet verā  
& catholicā  
de S. Trini-  
tate fidem.

Cum autem beatissimus Christi præfulus Maximus in confessione vera fidei syn-  
cretice viueret, fidelis populo se pontificem per omnia irreprehensibilem exhibe-  
ret, fidem quoq[ue] orthodoxam gentibus non minùs, quam Arrianis cōstantissimè  
prædicaret, multis illi posuerunt insidias, & nihil amplius, quam ipsum eius san-  
guinem sitibant. Sed protegente misericordia Domini famulum suum, permis-  
si non sunt illum, quod maximè cupiebant, occidere, quanu[m] id ipsum sapè iteratis  
viciis pertinacient, Megenfrido, sicut diximus, protestante in Chronicis de tem-  
poribus gratia, septiès cum non sine iniurijs multis & contumelia manifesta, cum  
quibusdam clericis extra Moguntinam ciuitatem eiecerunt, verberatumq[ue], sapientius  
crudeliter, interficere minime potuerunt. At ille semper gaudentis recessit ab vrbe  
cum plenique discipulis suis, religiosissimis viris, Sidonio, Achatio & Clemente  
prebeytis, & alijs, quorum nomina præfatus nō commemorat author, Deo gra-  
tias agens omnipotenti, quoniam dignus est habitus pro recta fide & nomine Iesu  
consumeliam pati. Reliquerat tamen semper clericis in ciuitate, vel propè, pre-  
sbyteros quosdam, zelo Christianæ fidei constantes, qui saltē per vicos & domos  
circumventes, occulte præmoneret Christi fideles, ut fese ab Arriano impicrate fo-  
licite custodirent. Quoties enim publicè, sicut dictum est, utiliter & fructuose præ-  
dicare verbum Dei non permittebantur in vrbe, secretius id facere vel in domi-  
bus fidelium nocturno tempore clausis, vel in nemoribus & latibulis montium  
cogebantur ad tempus. O quantis virtutibus Christianorum fides eo in tempore  
claruit, quæ tantis aduersitatibus inde sinenter agitata procellis, nō solum vinci aut  
superari non potuit, sed in tribulatione dilatata, conualeseens quotidie, scipia tan-  
to facta est constantior, quanto gentilium vel hereticorum persecutione amplius  
premebat.

Multa ab il-  
lis patitur  
S. Maximus

Quid nos miseri nimiumq[ue], tepidi, & propterea inutiles Christi sacerdotes atq[ue]  
ministri fecissimus, si nos illis contigisset vixisse temporibus? Putásne tenuissimus Intoporem  
in tanta persecutio[n]e constantia, qui nullā aut paruam seruamus in pace discipli-  
nā? Quis in tribulacione vitam pro fide Christi exponeret, qui pro eius reuerentia  
& amore in pace temperare non vult à vitij & voluptatibus moriturā carnis? Aut  
quādō mortem pro defensione religionis sua in persecutio[n]e hereticorū patien-  
ter suscep[er]et, qui pacem habens optimam, eius quam profitetur institutionis fidei  
Pp 4 normam

TRIUS

RVMI

5

Bieno pōst  
q̄ hanc edi-  
dit historia  
hoc est 17.  
orta est ha-  
refis Lute-  
rana.  
Esa 1.  
Psal. 13.

normam & præcepta salutaria negligit custodire? O morum ingens dīversitas,  
quantum cum tempore meritorum dissimilitudinem inducis mortalibus? In die  
Trithemii, terius, licet maximas persecutions infidelium crebro exteriūs pateretur. Nūc au-  
tem pacem ab hæreticis & paganis est consecuta exteriūs, sed quanta patiatur inter-  
riūs aduersa in prauis morib⁹ filiorum, nemo est, qui sufficienter possit exprime-  
re. Nam, vt propheta dicit, Omne caput languidum, & omne cor mœrens. Non est  
in corpore militantis Ecclesie, vt olim prificis fuit temporibus, vera salus à vertice  
capitis v̄isque ad plantam pedis. Omnes à feroore catholicae fidei declinauerunt, in  
uriles facti sunt: non est qui faciat bonum, nō est v̄isque ad vnum. Heu qualis com-  
paratio hæc sacerdotum Domini nostra tempestatis ad illos, qui in Ecclesia prificis  
floruerē temporibus, quando, vt parabolice loquar, ipsi sacerdotes erant aurei: ca-  
lices verò, in quibus Domino sacrificabant, lignei, vitrei, siue de cupro, aut vilion  
metallo fabricati: corda quoquè ministrorum Ecclesie, cunctis fuerunt adornatae  
virtutibus, vt merito sanctitatis lucida, cùm tempora materialia essent humilia, &  
rara luce tenebrosa. His autem nouissimis temporibus nostris tempora sunt amplius  
pulchra nimis, & fenestrarum altitudine splendida: corda verò sacerdotū & mi-  
nistrorum altaris v̄t plurimum ignoratia scripturarum & fœditate scelerum, pro-  
pudor, omnino tenebrosa. Denique aurei vel argentei sunt calices, &, si dicere  
deam, lutei sacerdotes. Vnde merito ingemiscens dicere potest sancta mater fidei  
lumen Christi Ecclesia: Heu mihi, quia nūc facta est in pace amaritudo mea amari-  
fissima: quoniam quæ olim in persecutione paganorum, multitudine iustorum &  
martyrum florui, his diebus, qui ad pacem sunt mihi, penè tota in paucitate sancto-  
rum & multitudine peruerterum defeci.

Cap. 14.

Matt. 6.

1. Tim. 6.

Sectarū  
paupertatē  
& vīta Apo-  
stolicam.

Cap. 15.

S. Paulinus  
Episcopus  
Trevirensis  
eadiūt ca-  
pice.

Sed non sic beatissimus p̄fūl Maximus, qui sub persecutione impiorum, funda-  
tus in amore Christi, longè cælestia p̄aposuit terrenis, diuina humanis, sempiti-  
na caducis. Vitam in egestate peregit Apostolicam, sciens naturam poſte paucis el-  
se contentam, si mens Deo credula, bonam adhibuerit in corde volūtatem. Quo-  
circa præcepto magistri humiliiter obediens, non fuit de craftino sollicitus: aurum  
vel argentum in thecis nunquam reposuit: diuitias mundi fallaces nunquam que-  
suit vel amauit. Victum, iuxta consilium Apostoli, habens tenuem, & amictum fe-  
ne curiositate simplicem, fuit contentus, sciens pontificum opes, virtutē esse con-  
stantia: & gloriā, salutem & profectum plebis in Domino commissa. Siquid v̄l-  
tra quotidiani vītūs parci necessitatēm forsitan superfuit, in craftinū seruari non  
permisit, sed in vītu mox paupētrum manu propria expendit. Hic (nisi compa-  
tiones dicerēt odiosæ) in eos libéret exclamare pontifices & ministros Ecclesie  
sacrosancta, quibus de salute animarum populi sibi commissi, nihil aut parum: de  
ambitione, superbia & cupiditate rerum temporalium, conflat summo conamine  
totum: quibus vanitas est quotidiano in vītu: auaritia semper circa & inquieta, fa-  
miliaris: ambitio & contemptus humilium Christi, comes vbiq̄e: & pauperum  
negligentia, fodalis: fastus dominij temporalis & luxus carnis mortuare citius, iu-  
gi frequentatione amicus. Verū cùm ista nihil ad me pertineant, nolo mihi offi-  
cium docendi v̄surpare alienum.

Magna fuit diuī Maximi temporibus in Ecclesia Catholica pontificum & sacer-  
dotum Christi persecutio, & multi Arrianorum non valentes impietati reficeret,  
in eorum dogma pernicioſum consentientes, hæresi subscriferunt. Ex illis vero,  
pro fide orthodoxa qui fortiter stererunt, plures fuerūt occisi, alij cum ignominia  
in exilium deportati, alij verò in montiū cauernis & nemoribus latere compulsi.  
Inter quos S. Lucius Anneus, Maximi, sicut diximus, antecessor, in Phrygiā depo-  
tatus, postea quām bienniō exulāsset, noctū Arrianorum insidijs est strangulatus.  
Sanctus etiam Paulinus Treuirorum Episcopus, cùm ibidē exulāsset cum Radia-  
no quodam Episcopo annis quatuor, capite trūcatus est anno pontificatus B. Ma-  
ximi decimo, qui fuit Dominicæ nativitatis trecentesimus sexagesimus quartus. In-  
dictio Romanorum septima. Beatus quoquè Hilarius Episcopus Pictaviensis in  
Gallia, factione Saturnini Arelatensis Episcopi & complicum eius Arrianorum, re-  
legatus in Phrygiā, exulauit annis quinque, postea in Galliā redire permisitus. Tāta  
sub Constātio & Constante Romanis principibus eo tēpore fuit Arrianis permis-  
ta in vera artq; catholicæ fidei assertores sacerdēti potestas, quod in sanctorū pontifici-  
cum

## DE S. MAXIMO EPISCOPO MOGVNTINO.

453

cum Ecclesiis, quos vel interemissent, vel procūl expulissent, sui erroris complices ordinarent Episcopos, gladijs suffulti & armis, qui spiritus sancti gratia penitus fuerunt indigni.

Et quia vnius Episcopi Arrianorum depositio historiam sancti Maximi concer-  
nit, opera preium fore arbitror, geste rei scriem literis dare. Posterorum licentia  
Imperatorum Artiani heretici abutentes, quandam ē suis hominē scelestissimum  
nomine Euphratam, in Ecclesia nunc metropolitana Coloniensi, ad litora Rheni  
sita, Episcopum posuerunt: qui sua impietate multos à vera religione secum abdu-  
xit in errorē. Anno igitur Dominicae nativitatis trecentesimo septuagesimo quinto  
in Indictione Romanorum tertia, qui fuit annus pontificatus beati Maximi Episco-  
pi Moguntini vicesimus primus, adunatum est concilium Episcoporum in memo-  
rata ciuitate Coloniensi, furore Arrianorum iamtunc aliquantulum per Dei gra-  
tiam humiliato & extincto. Vocati sunt ad ipsam synodum plures Episcopi fide-  
les, inter quos isti numerantur sive præsentes: Maximus Episcopus Moguntinus,  
Bonifacius Episcopus Trewiorum, Victor Vangionum Episcopus, Iesē \* Nemeten-  
tensem Episcopus, Amandus Alsatensis Episcopus, Victorinus Metensium Episco-  
pus, & alij nonnulli ex Gallia pontifices, quorū nomina memoria non occurunt.  
Audiens Euphrat tantorum contra se pontificum aduentum, fugam iniit: sed quo-  
randam cimicū Christo fideliū industria præuentus, redire coactus fuit. Iam enim  
occulte pergens, transierat Rhenum. Reductus autem, & sancto cōcilio presen-  
tibus, eius doctrina examini patrum exponitur, & erronca inuenitur. Qui cū effet  
Arriana loquacitate garrulus, plura contra sanctos patres pro sui erroris defen-  
sione in medium propositum, quæ sanctus Maximus disputator Catholicus, velut  
araneorum telas scripturarum testimonio subito rationabiliter cōfutauit. Postremo  
vidētes sancti Patres hæreticum in suo errore pertainacem, vt virus pestiferum  
à pontificatu per sententiam deposuerunt, & nē fidem deinceps maculare possit  
restitutum, extra patriam proscriptum, quantocvū abire compulerunt.

His apud Coloniā pro Christi honore peractis, sanctus praeful Maximus Mo-  
guntianus reveritur, & senio gratus, paulatim viribus corporis cecepit destitui: sed  
mente sana vigens & spiritu, nihil iamtunc oprabat magis, quam dissolui, & esse  
cum Christo, quem puro semper corde amauit. Cumq; post biennij tempus finem  
sibi huius vitæ consiperet imminentere, nē post eius de hoc mundo transitum ad pa-  
trum, in ouile Christi lupi profilicriter rapaces, conuocatis ad se fratribus, de vñani-  
mi confessu omnium, presbyterum quendam Sidonium, per omnia virum Deo  
charum, Ecclesia Moguntina post se futurum designauit Episcopum, qui fuit in or-  
dine pontificum Moguntinensium vicesimus, teste Megenfrido, & præfuit in mul-  
ta fanditate decem & nouem annis. Maximus autem sanctissimus praeful post multa  
religiosissime gesta, post varias pro fide Christi persecutions & innumeras tribu-  
lations, tandem plenus dierum atque virtutum, ad Dominum feliciter migrauit  
die mensis Novembri octauadecima, anno pontificatus sui vicesimoquarto, qui  
fuit Dominicæ nativitatis trecentesimus septuagesimus octauus, Indictione Ro-  
manorum sexta. Quo anno post seram Auxentij mortem, sanctus Ambrosius Me-  
diolanus praeful constituitur: qui, cū effet in omnibus scientijs doctissimus, nō so-  
lum diuinarum scripturarum, sed etiam secularium literarum, vita quoquè meri-  
to celeberrimus, breui, miserante Domino, Ecclesia pacem obtinuit, & Arrianos  
procūl effugavit.

Beatisimi vero pontificis Maximi corpus, à discipulis in ecclesia diuii praefulis  
Hilarii, postea nuncupata in Dalheim, vbī ciuitas Moguntina eo tempore legitur  
fuisse constructa, debito cum honore iuxta tombā sancti Crescentis primi Episco-  
pi fuit sepultum: in quo quidē loco humatum permāsit annis quingentis quinqua-  
ginta septem, yisque ad tempora Hildeberti, post sanctum Bonifacium Moguntinen-  
sis Ecclesia Archiepiscopi duodecimi: qui anno Dominicæ nativitatis nongente-  
simo tricessimo quinto, Indictione Romanorum octaua, die mensis Martij quarta-  
decima, decem Ecclesia Moguntinæ pontificum ossa de capella diuii Hilarij memo-  
rata, solenni cum processione Cleri & populi, ad ecclesiam monasterij diuii marty-  
ris Albani transtulit, & in choro summa cum reverentia collocauit. Inter quę cor-  
pus etiam beatissimi pontificis Maximi, de quo loquimur, annumeratur. Hæc au-  
tem sunt nomina decem Ecclesia Moguntinæ pontificum, quorum ossa praefatus

Archis-

Cap. 16.

Euphrata  
Arrian? in-  
truditur in  
sedem Co-  
loniensem

Synod⁹ Co-  
loniensis.

Neome-

tensum

Euphratā  
depositur.S. Maximus  
abit in cæ-  
los.

transfert S.

Maximi &amp;

aliorum re-

liquias.

IRIUS

962  
RVM  
5

NOVEMBER.

454

Archipræsul ex Dalheim transtulit ad sanctum martyrem Albanum: Crescens primi Episcopi, Marini secundi Episcopi, Gothardi noni Episcopi, viri quondam sanctissimi, qui sua prædicatione multa paganorum millia conuerit ad Christum: \* Suffronij decimi Episcopi, eque viri per omnia sanctissimi: Maximi, de quo nobis sermo est, decimononi Episcopi: Sidonij vicesimi Episcopi, doctoris gentium insignis, & verè sanctissimi: Sigismundi vicesimiprimi Episcopi, per omnia sanctissimi: \* Luthuuali di Ludegasti Episcopi tricesimi quarti, magnarum virtutum in Christo viri: Ruthualdi Episcopi tricesimoseptimi, viri quoque sanctissimi. De hac sanctorum translatione pontificum quidam eo tempore carmine sic scriptum posteritati reliquit:

A Bonifacio, meruit qui pallia, primo,  
Is pater Hiluertus Archipræsul duodenus,  
Comperiens ossa patrum veneranda reliqua  
Intra basilicam nunc Hilarij sacra sanctam:  
E quibus hinc denos transiit exit in ordine prescos,  
Ut locus insignis conseruet pignora dignis:  
Attendens merita, simul ipsorum pia gesta:  
Huic vt confratres Aureo collaterales  
Efficit, & tumulo strieto conclusit in isto,  
Christi nongentos X. tèr, scmèl V. legi annos:  
Vt decimam quartam lucem, vult Martius, addam.

Cap. 19.

Ea translatione decem Ecclesiarum Moguntinæ praescriptorum venerabilium pontificum per Hildebertum Archiepiscopum, sicut præmissimus, facta, remansit in choro sancti martyris Albani apud Moguntiam beati Maximi corpus denuò sepulturum annis quingentis septuagintanovem, usque ad tempora domini Alberti, ex Marcho nibus Brandenburi principis nobilissimi, Moguntinæ ac Magdeburgensis in Saxonia Ecclesiarum insignium Archiepiscopi, atque Primatis Germanorum reverendissimi. Is Christo deuotissimus Archipræsul, cum cultor, amator & venerator sanctorum Dei maximus esset, reliquias & sacra busta eorum summa cum veneratione semper, ubi licuit, inquisuit, de puluere cum honore leuans, auro & argento vestiuit: honorem quoque debitum singulis exhibens, eorum memoriam festiu[m] celebrauit. Mox enim ut summi pontificatus duplicum apud Germanos, Domino prouidente, apicem suscepit, totum se Christiana religioni mancipauit, auctus Episcopales, præter multorum consuetudinem præsulum, in persona frequenter propria deuotissime ministrait, ordines contulit, Missas ad altare solenniter sapius decantauit, consecrauit ecclesias, benedixit Abbates, habitum publicè deferebat pontificalem locis atque temporibus suis, & nihil omisit eorum, quæ ad Christiani antistitis \* sacram videbantur pertinere officium. Summa eius delectatio semper in obsequio diuino, in celebrandis ad altare mysteriis sacrofandatis, in ornandis quoque & venerandis magnifice reliquijs sanctorum. Vnde cum anno Moguntini Archiepiscopatus sui primo, Magdeburgensis autem secundo, pro Dei amore & reuerentia sanctorum apud Moguntiam circumundo sacras more suo vifaret ecclesias, basilicam diuini martyris Albani deuotus intravit, & videns decem praescriptorum pontificum sancta corpora sine honore neglecta, autoritate non minus Apostolica quam ordinaria vissus, corpus diuini Rabani quondam Archiepiscopi totum, & sancti Maximi Episcopi medium, permissione canonicorum inde ab tulit, & in Saxoniam transferens, apud Hallas oppidum in basilica castris sancti Mauricij solenni processionis officio collocauit, anno Dominicæ nativitatis milie domo quingentesimo quinto decimo, Indictione Romanorum tertia: à transitu vero ipsius beati Maximi, anno millefimo centesimo tricesimo septimo: Ad

laudem & gloriam Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi, qui viuit & regnat cum Deo patre in unitate spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum,

Amen.

VITA

Albertus  
Archiepi-  
scopus Mo-  
guntinus.

Suum p[ri]o-  
tificatus, di-  
cit Archie-  
piscoparū.

\* facti

Transferun-  
tur reliquia  
S. Maximi  
& Rabani  
in Saxoniam.